



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

§. I. Bulla Urbani Octavi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

tiori, & probabiliori adhaerere; negando tamen eas esse leges, contrario incedent modo; at utrique ad Deum accedenti Si hæc factis non sint, repetam quod disp. 22. n. 20. de di ex Divo Hieronymo monitum lib. 1. contra Rufinum: Contendebatur, an qui dupplicem ante Baptismum uxorem duxerat, posset sine culpa Sacris Ordinibus initiari? Affirmabat Hieronymus; negabat Rufinus, exprobrando ei laxitatem in opinando. Respondit Hieronymus: *Brevi sermone respondebo: habent libellum, quem in crimine vocant; ille respondeat, & scripto scriptis arguat. Quid auspicatæ frontis, & contrællis, rugatisque naribus, concava verba trutinantur, & sanctissimæ apud vulgus ignobile simulacra nigore mentiuntur? Hæc dicimus, non quid ipsi propo-*

Christo hæc questione teneantur, sed interrogati à Fratribus, quid nobis videretur, respondimus: nulli præjudicantes sequi, quod velit, nec alterius Decretum nostræ sententiæ subvertentes, neque enim ambimus Sacerdotium, qui latemus in cellulis. Hæc maximus Doctor. Adde pro coronide: Sciant quotquot solidum Probabilissimum, qualem nos defendimus, de animarum ruinâ reum autumant: sciant, inquam, quod qui damnantur, non damnantur ob incertarum, sed ob certarum legum transgressionem. Pareant Fideles certis Dei, & Ecclesiæ legibus; à quibus Probabilissimus non excusat; nulla tunc animarum perditio; multiplex verò, si ipsidem legibus certis, aliæ inter classici Doctores incertæ, tamquam certe superaddantur.

DISPUTATIO XXX.

Digressio moralis de Sacramento Pœnitentiæ, ad mentem Urbani VIII. Clementis X. & Innocentij XII.

P R O O E M I U M.

S U M M A R I U M.

An hodie difficultus sit absolvi, an absolventi. In Idiotæ facile absolunt, ibid. Scopus Disputationis, n. 2.

- N. 1.  GNORO, mi Benivole Lector, quodnam hodie difficultius sit, an absolvi, an absolvere; an esse Pœnitentem, an Confessarium. Hoc scio, quod Pœnitentem esse, necessarium est; Confessarium esse, liberum est. Cum tota tamen ea necessitate, & hæc libertate, ex calamitatis devenerum, ut quilibet, cujus tota doctrinæ suppellex, superficialis, lingua vulgari, summa est, (quæ utinam sæpe intelligeretur) eo ausu omnia per fas, & nefas absolvit, ignoratis penitus tum multipliciter damnatarum, tum recentium Pontificiorum Decretorum inviolabili jure, tum reservatis Sedi Apostolicæ casibus, tum, quæ sibi insit, aut non insit, absolventi facultate, tum interpretationibus, habitis inter Doctores antiquos ut satis probabilibus, hodie tamen à Pontificibus explosis. Quare ex tot moralibus opinionibus, quæ conscientiam concutunt, præcipuam circa Pœnitentiæ Sacramentum eligere decrevi, nempe, quid hodie, post
- Tom. III.

Clementis X. & Innocentij XII. Decreta possit Confessor sive secularis, sive Regularis circa seculares; & quid uterque circa Regulares. Rursus quid vi Cruciatæ, cujus privilegia aliqui tantum extollunt, ut nullo habito ad Archiepiscopos, & Episcopos respectu, quilibet Confessor se supra illos statuat, delusa omni Diocesanorum, cujus in loco, & tempore absolunt, jurisdictione: quin post habitam evidenti Pontificum è Cathedra definitivum definitione. Quia verò Clementis X. & Innocentij XII. Decreta supponunt Urbani VIII. Decretum, hoc prius ponendum.

S E C T I O I.

Modernorum Pontificum Bullæ.

§. I.

Bullæ Urbani Octavi.

S U M M A R I U M.

Urbani VIII. Bulla, n. 3. Ejus Bullæ scopus, n. 4. Declarat, quod Clemens VIII. reprobarit opinionem timentem satis quemlibet approbatum, ut quis vi Cruciatæ absolvat, n. 5.

Pp

Hos

Hoc idem declarat Urbanus de Religiosis, quod Cruciatum numquam illis suffragari poterit, n. 6.

Aut se tollere etiam a Commissario Cruciatum facultatem aliter interpretandi, n. 7.

Objectione. Si Urbanus hanc facultatem, ut quis a quolibet vi Cruciatum absolvetur, concessit aliquibus Religiosis, quomodo dicit non suffragari potuisse, n. 8.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN specula Militantis Ecclesie, nullo licet meritorum suffragio divina dispensatione constituti, & attentè considerantes sacros Regularium Ordines, tantas Ecclesie Dei, omni tempore, utilitates attulisse, ut ad eas considerandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint, dignum, quin potius debitum reputamus, ut eorundem Pontificum vestigijs inherentes ad eas pastoralis vigilantie partes jugiter intendamus, ut in eisdem Ordinibus regularis observantia, facta testè conservetur, & si quæ illi obesse dignoscuntur, opportuna constitutionis ministerio salubriter removeantur. Alias, siquidem fel. recordationis Clementi Patre VIII. prædecessori nostro, per Procuratorem Generalem Fratrum de Monte Carmelo nuncupato exposito, quod cum in Bulla S. Cruciatæ, & alijs privilegijs ab Apostolica Sede concedi solitis, detur facultas eligendi Confessarium idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absolvere à casibus Ordinario, & Sedi Apostolicæ reservatis: Religiosi prædicti Ordinis, seu eorum nonnulli, etiam prædictis facultatibus uti præsumebant in detrimentum eorum regularis discipline.

Quare idem Clemens prædecessor tuus perpetuò valitura constitutione declaravit facultatem, & concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum prædictorum, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus reservatis non habere locum cum Fratribus, & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum cujuscumque instituti Mendicantium, & non Mendicantium, tam in Provincia Hispaniæ, quam extra eam ubilibet constitutis, neque eis suffragari, sed ejusdem Clementis prædecessoris intentionis fuisse, quod iidem Fratres, & Moniales quantum

ad Sacramentum Pœnitentie, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subiecti essent, prout in dicti Clementis prædecessoris in simili forma Brevis, desuper die 23. Novembris anni 1599. Pontificatus sui anno octavo, expressis literis, quarum tenores pro expressis haberi volumus, plenius continentur.

Nihilominus quod, sicut nobis, non sine animi nostri molestia, innouit, nonnulli Ordinis Fratrum Prædicatorum Profectores, prætextu Bullæ ejusdem Sanctæ Cruciatæ, ac dictorum indultorum, Confessarium hujusmodi, qui eos, ut præfertur, absolvat, eligere posse prætendant, & forsitan eligant etiam ad præsens, postquam literæ nostræ sub die 14. Junii anno 1624. Pontificatus nostri anno primo, super facultate eisdem Regularibus Confessarium ad effectum hujusmodi eligendi ad quinque annuum tunc proximum concessam emanatam, pridem ab anno, & ultra expiraverunt, in maximum statum, & regularis observantie præjudicium.

Nos præmissis, quantum nobis ex alto, conceditur obviare, ac felici tam eorumdem Fratrum Prædicatorum, & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Religiosorum, quam omnium, & quorumcumque aliorum cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti, etiam speciali mentione, & notâ digni utriusque sexus, cum Mendicantium, quam non Mendicantium, sui, atque directioni, & aliorum Christi fidelium saluti consulere volentes, præfataque Clementis prædecessoris declarationem, in inhaerentes, illamque tenore præsentium, innovantes, ac, quatenus opus sit, ampliantes; Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ plenitudinis potestate, concessimus, nem Sanctæ Cruciatæ, quæ respectu facultatis hujusmodi etiam Laicis, & Clericis, Secularibus cujuscumque status, gradus, & qualitatis, & conditionis etiam speciali notâ dignæ quoad casus reservatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæresi excepta), contentos, non nisi in foro conscientie, non, autem in foro externo, suffragatur, aliorumque indultorum hujusmodi, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi prædictis a casibus reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, cum Fratribus, & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum, & aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatisque, & instituti prædictorum Mendicantium, & non Mendicantium.

„dicantium, tam Provinciæ Hispaniæ, quam
 „extra eam ubilibet constitutorum, locum
 „minimè habuisse, neque habere, neque il-
 „lis ullo modo suffragari potuisse, neque
 „posse, excepto dumtaxat illo quinquen-
 „nio, quo litteræ nostræ huiusmodi, ut præ-
 „fertur, duraverunt. Siquidem die 14. men-
 „sis Junii 1629. proximè præteriti, jam ex-
 „piraverunt. Sed nostræ intentionis fuisse, &
 „esse, quod iidem fratres, & Moniales, quan-
 „tùm ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Cõ-
 „fessionis administrationem, Ordinariæ dis-
 „positioni suorum Prælatorum, & Sedi
 „Apostolicæ, quoad sibi reservata, subiecti
 „sint, earundem tenore præsentium perpe-
 „tuò declaramus. Decernentes præsentibus
 „nostras litteras de subreptionis, vel obrep-
 „tionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis
 „nostræ, aut alio quocumque defectu, à
 „quoquam impugnari non posse. Sicque, &
 „non aliter, in omnibus, & singulis præmis-
 „sis per quoscumque Iudices Ordinarios, &
 „Delegatos, etiam Causarum Palatii Apo-
 „stolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ec-
 „clesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos,
 „Vicelegatos, ac Sedis Apostolicæ Nuntios,
 „ac Cruciatæ Commissarios, & quovis alios
 „quavis auctoritate fungentes, sublatà eis,
 „& eorum cuilibet quavis aliter iudicandi,
 „& interpretandi facultate, & auctoritate,
 „interpretari, & iudicari deberi, ac irritum,
 „& inane, si secus super his à quoquam
 „quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
 „contigerit attentari. Non obstantibus præ-
 „missis, ac omnibus, & singulis illis, quæ in
 „prædictis Clementis prædecessoris litteris
 „concessa sunt non obitare, cæterisque con-
 „trariis quibuscumque. Quibus omnibus, &
 „singulis illorum omnium, & singulorum
 „tenores præsentibus pro sufficienter ex-
 „pressis habentes, illis aliàs in suo robore
 „permanentibus, hac vice dumtaxat speciali-
 „ter & expresse derogamus, cæterisque con-
 „trariis quibuscumque. Ut autem præsen-
 „tium tenor omnibus innotescat, volumus
 „cas in valvis Basilicæ Principis Apostolo-
 „rum, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut
 „moris est, publicari, ipsasque sic publicatas
 „omnes, & singulos ubique existentes ita
 „afficere, ac si omnibus personaliter intima-
 „tæ essent. Quodque præsentium transump-
 „tis, etiam impressis, manu alicujus Notarii
 „publici subscriptis, & sigillo personæ in
 „dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis,
 „eadem prorsus ubique fides adhibeatur,
 „quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent
 „exhibita, vel offensæ. Dat. Romæ apud S.
 „Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris
 „Tom. III.

die 19. Junij 1630. Pontificatus nostri an-
 „no septimo.

Reduco ad clausulas eandem, sicut & alias, N. 3.
 „quas allaturus sum, Bullas, ut breviori sy-
 „nopli expeditius comprehendatur.

Ait ergo Urbanus suæ constitutionis fi- N. 4.
 „nem esse disciplinam Regularem restaurare, Urban.
 „occasione laxissimæ interpretationis collap- VIII.
 „sam.

Ait secundo, quòd Clemens VIII. præ- N. 5.
 „decessor suus, perpetuò valiturà constitu- Clem.
 „tione, die 23. Novembris anni 1599. exped- VIII.
 „ditâ, declaraverit, quod Cruciatæ, quan- Urban.
 „tùm spectat ad eligendum vi Cruciatæ Con- VIII.
 „fessorem, à suorum Prælatorum dispositio-
 „ne independentem, à quo à reservatis absol-
 „vi possit, dummodo à Diocessano approba-
 „tus sit, neutiquam Regularibus favens.

Ait tertio, le non sine gravi molestiâ au- N. 6.
 „disse, adhuc dari Religiosos, qui pretextu
 „Cruciatæ ac disforum Inultorum, Confessarium
 „huiusmodi, qui eos absolvat, eligere posse præten-
 „dant, & forsan eligant etiam ad præsens. Idco
 „inherendo declarationi Clementis VIII. Clem.
 „eamque innovans, & quatenus opus sit am- VIII.
 „plians, motu proprio, & ex certâ scientiâ, & VIII.
 „de Apostolica plenitudine potestatis asserit, con-
 „cessionem Cruciatæ, quantum ad articulum
 „eligendi Confessarium, & absolvendi à re-
 „servatis, etiam in Bullâ Cœnæ contentis, in
 „Religiosis cujuscumque Ordinis, locum mi-
 „nimè habuisse, nec habere, neque illis ullo modo
 „suffragari potuisse, neque posse, excepto tan-
 „tùm illo quinquennio, quo litteræ nostræ hu-
 „iusmodi duraverunt, quæ tamen die 14. Ju-
 „nij anni 1629. jam expiraverant.

Ait quarto se, etiam à Cruciatæ Commis- N. 7.
 „sarijs, imò quibusque alijs etfi Cardinalibus,
 „& Legatis à latere, adimere omnem aliter
 „interpretandi facultatem: quin ita iudican-
 „dum esse, & irritum, & inane, si secus su-
 „per his à quoquam, quavis auctoritate, sci-
 „enter, vel ignoranter contigerit attentari.
 „Legatur P. Bardi, qui Urbani VIII. Bullam Urban.
 „ad litteram trahit, & pag. 52. n. 22. vel ex hac VIII.
 „solâ Urbani VIII. Bullâ concludens eruit ar- P. Bard.
 „gumentum in eos, qui dicunt, Cruciatam
 „minimè suffragatam Regularibus vivente
 „Urbano VIII. attamen eo vitâ functo suf-
 „fragari, quatenus subsequens Cruciatæ re-
 „vocat omnes anteriores Pontificum declara-
 „tiones. Sed de hoc infra.

Verùm, ne quis idiota eidem Urbano N. 8.
 „contradictionem imponat, quatenus asserit,
 „quòd in ordine ad electionem Confesso-
 „ris, & absolutionem à reservatis, numquam
 „Cruciatæ suffragari potuerit, excepto quin-
 „quennio, quo litteræ suæ duraverunt, quo

Pp ij posito,

posito, ita argui potest: Vel Cruciatæ suffragatur Regularibus, vel non? Si non suffragatur, quomodo PP. Dominicani concessit durare, quinquennio facultatem eligendi Confessorem, qui prætexit Cruciatæ absolvere? Si suffragatur, quomodo Urbanus dicit numquam suffragari potuisse? At levia hæc sunt: tum quia Urbanus definit quidem Cruciatam numquam suffragari potuisse, nec posse; at non definit non posse, si speciali suo novo indulto hoc addere velit privilegium, quo Cruciatæ ex se non gaudet. Tum quia ex eo quod Papa Urbanus dedit eo quinquennio talem facultatem, non fit, quod eam dederit vi Cruciatæ.

§. II.

Bulla Clementis X.

SUMMARIUM.

Clementis X. Bulla, n. 9.

Doctores, qui eam trahunt, n. 10.

Clementis scopus, n. 11.

Declarat, quod nemo audire possit Moniales sine speciali approbatione, n. 12.

Et quod pro una vice approbatus nequeat secundo vice eas audire, ibid.

Quod Regulares simpliciter approbati sint illimitate approbandi, n. 13.

Et quod possint tempore Paschatis audire Confessiones, etiam infirmorum, monendo se infirmum audisse, n. 14.

Quod nequeant iterum examinari, nisi nova accedat causa, n. 15.

Quod Episcopi nequeant à toto Conventu adimere facultatem confitendi, n. 16.

Quod non revixerint privilegia à Tridentino sublata, n. 17.

Quod potens absolvere à casibus Papa reservatis, non ideo possit à reservatis ab Episcopo, n. 18.

Quod quidquid contra hanc Bullam attentetur erit irritum, n. 19.

CLEMENS EPISCOPUS, &c.

N. 9. **S**uperna Magni Patris Familias præordinatione creditum Nobis universalis Ecclesiæ mysticum Agrum circumspecta providentia custodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) satagentes, animum in eas curas libenter intendimus, quibus valeant diffidia inter villicos, & operarios componi, iurgia tolli, scandalis, atque offensionibus aditus præcludi; ut quibus una fides, una Mater Ecclesia, &

unus Dominus, qui charitas est, & pacis cogitationes, fiat etiam cor unum, atque anima una; sic etenim evulsis oportune zizaniis, dum plantamus, & rigamus, incrementum dabit Deus; quo benedictis messis multa, fructu centesimo, caelestis horreum congregabitur.

Sanè cum Sacri Concilij Tridentini Decretis providè statutum fuerit, ut Regulares cujuscunque Ordinis, nisi à superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non possint, cum qua licentia personaliter se coram Episcopo præsentare, & ab eis benedictionem petere teaneantur, antequam prædicare incipiant; in Ecclesijs vero, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint. Atque ut nullus Sacerdos, si vè Regularis etiam suorum Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare, præsumat. Itidemque cum nullus Sacerdos Regularis possit confessiones Sacularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale Beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegij, & consuetudine quacunque non obstantibus, innotuit Nobis dubitationes nonnullas circa benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem, ejusmodi in aliquibus Diocesisbus extitas fuisse, ex quibus controversiæ, & diffensiones præmultæ indiem subsequi possent occasione privilegiorum, quæ per Sedem Apostolicam Religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

Nos attendentes, quod alijs diversis temporibus prædictæ dubitationes, & controversiæ nonnullis Prædecessorum nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus definitæ fuerint; ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magisque diffensionum tollantur semina, & in posterum firmior, in Agro Dominico pax Christi floreat, pro summo, quo fungimur, Apostolatus officio novis Apostolicis litteris munientes, duximus, & roborandas; itaque de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum